

Serenissimo Principi ac D.

D. VVOLFGANGO
VVILHELMO

Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariae,
Julie, Clavia, Montium, Comiti in Veldens, Spon-
heim, Marchia, Rauensberg, Mörs, Domine
in Rauenstein, &c. Domino meo
Clementissimo.

Vm VESTRAE
SERENITATI
nuper propem-
ptico, Panegyri-
co, Epithalamio congra-
tulatus essem, idque eabe-
nevolentia acceptum, &
beneficio remuneratum,
vt me si non regratiandi
studio, saltem pariandi fa-
cilitate destitutum agno-
A 2 scam,

D E D I C A T I O.

scam, opportunè accidit,
vt inter opera, quæ subse-
ciuis Ecclesiasticæ meæ
Curæ horis ad Dei solius
gloriam & animarum sa-
lutem sum molitus, hunc
libellum licet vltimò cæ-
ptum, primò tamen abso-
lutum de Exemplis SS.
Coniugum nunc eodem
sumptu, quo me *Vestra Serenitas*
propensissimè donauit,
in vrbe Dusseldorpia, quæ
est *Vestrae Serenitatis domici-*
lium, typis impr.
V. Serenitati humiliter qua-
lem qualem offerre lesi-
derem, vt cius patrocno
muni-

D E D I C A T I O.

muniri , & authoritate
Promoueri possit. Non
enim dubia spe ductus
fui popularibus nostris
coniugibus cis & trans
Rhenum siue *Vestre Serenitati*,
siue Archiducesi Coloniensi subditis tanto gra-
tiorem libellū fore post-
ea in Germanicum idio-
ma vertēdum, quanto V^z
S^ti acceptiorem fuisse co-
gnouerint. Etsi enim hæc
exempla satis sua subli-
mitate suspicienda, & utili-
tate acceptanda, non de-
sunt tamen, qui occurren-
tis in oculis magniscentię

D E D I C A T I O.

adminiculis indigeāt. An
non indigeat plebs huius
temporis multis præsidiis
destituta, calamitatibus af-
ficta, periculis errorum,
lapsuum & ruinarum im-
plicita, ut vigilantia & se-
ueritate Principum con-
stringatur, prouidētia de-
fendatur, ne quorum uis
mercenariorum, aut alio-
rum omnia suis cōmodi-
tatibus metientium osci-
tantia & connuentia &
morum offendiculis nō
solum à vitiis non reuo-
cetur, sed etiam ad ista
indies incitetur? quod fit,
dum

D E D I C A T I O.

dum ij, qui debent impē-
dire, ad auxilium vocan-
tur, aut vadūt, quos plebs
tanquā maioris inter eos
nominis, si iusti, boni, pii
& fideles sint, amat imita-
ri. Sed res hæc fortè non
mea methodo corrigen-
da, vel calculo est appro-
banda: cū ipsa SS. hic pro-
ducantur exempla, quo-
rum virtus non tantum e-
nituit in suis domandis
affectionibus, sed etiam in fi-
liis ad bonam frugem tra-
ducendis & in ea conser-
uādis, & in familia ad ho-
nestatē dirigēda, imo etiā

DEDICATIO.

in regnis, & prouinciis o-
ptimè moderandis. Quā-
tus in hoc stadio extitit
Leopoldus, Austriae Ar-
chidux, Henricus German-
orū Imperator, Stephanus
Hungarorū Rex? Quā-
ti in Anglia Eduardus, Si-
gebertus in Gallia Reges?
Hi inquam non tam suis
præsidiis innixi, quamuis
& his prudenter & forti-
ter vñi sunt, quam perpe-
tua pietatis regula, qua in-
numeris, vt opinor con-
iugibus non solum honestatem
sui status commen-
darunt, sed etiam grati-
simam

D E D I C A T I O.

simam exemplo, & iu-
cundissimam exercitatio-
ne reddiderunt. Non de-
fuit vñquam V^a Sⁱ hoc
in genere in dicto statu
coniugali exornando &
muniendo in suis h̄eredita-
tariis prouinciis cura &
principedigna virtus in-
stati aut vagi cōcubitus li-
cētia refrænanda, aut ea ad
metas honesti cōiugii tra-
ducenda. Quotidiana etiā
V^a S^{tis} pietas omnium o-
culis obuia satis declarat
coniugibus suæ Ditionis
quali se inuicem virtute
roborare domi suæ, qua-

A s cau-

D E D I C A T I O.

cautela exemplorum erga
rudes & infirmos vti con-
ueniat. His igitur causis
Vestræ Serenitati hoc meum o-
pusculum do, dico, & con-
secro, & vt me vti infimū
subditorum patrocinio
suo dignetur, humillimè
rogo. Deus Opt. Max. V^{am}
S^{tem} largissima benedictio-
ne impertiatur, & diutif-
simè nobilissimis prouin-
ciis suis incolumem ser-
uet. Oblatum 18. Martij
Dusseldorpiæ anno salu-
tis M. DC. XXXII.

Vestræ Serenitati

Humilissimus in Christo seruus

Caspar Zephyrinus

Montanus Ecclesiasta.

PRAE-